

Secundo species, & individuum eodem modo generi subiiciuntur, in quid videlicet, incomplete: ergo eadem relatione subiectibilitis secundum speciem, & solo numero distincta, referantur ad genus: quia ex diuerso modo subiectio[n]is sumitur diuersitas essentialis subiectibilium.

Nec fundamentum Forseca virget: nam haec duæ relationes differunt penes connotata materialia: & quia in specie est natura vniuersalis, ideo subiectibilitas eam immediate subiecta: genere quod non facit in singulari, ex eo, quod singulare est, & non communale.

Ad primū. Ad argumenta: ad primum negatur rationis paritas: ut patet ex dictis.

Ad secundum. Ad secundum eodem modo fit: nam species respicit predicata superiora in quid in complete: individuum autem, licet eodem modo genus in unum, & alia predicata superiora, vni ca relatione respiciat, non tamen speciem: nam istam respicit in quid complete: ac per consequens relatione diuersa.

Ad tertium. Ad tertium nego sequellam: nam quamvis relatio sit diuersa: respicit tamen genus media te: qui una relatio alteram presupponit: sicut fundamenta, quae afficiunt.

ARTIC. X.

An dentur individua, que immediate generi subiectantur?

1. Sententia. Ræsens difficultas iam supra quæst. vniuers. art. 3. & quæst. 5. de genere art. 3. not. vniuersaliter aliquantulum ex Doctoris mente explicata: sed eam in praesenti propter nostrum Hieronymum de Valera ad longum disputare decreui: in qua est prima sententia eiusdem Patris Valera lib. 1. sua Logica dist. 4. art. 2. q. 3. afferens, nulla individua subiecti immediate generi, sed mediate: ita que ait: etiam si Petrus sit à parte rei, hoc animalis corpus, hæc substantia: & hoc ens: nec hoc animal subiectur immediate animali: nec hoc corpus corpori: & sic de reliquis: sed media te, mediate, scilicet, Hæccitate, quæ species, ne pe homo, singularizatur: & hanc summat esse sententiam Doctoris nostri expressam, quæst. 8. de genere vbi sit: genus tantum predicari mediante in individuis: quæm probat.

1. Argum. Primo, ex Porphyrio cap. de specie dicente: genera suprema ita esse genera, quod nullo modo sint species, ut sic: sicut si habet substantia ad hanc substantiam: ita animal ad hoc animalis substantiam: non dicitur immediate de hac substantia: ergo nec animal de hoc animali (& sic de alijs generibus) in nos probatur: vel substantia dicitur de hac substantia, & illam respici, ut genus: ergo per modum contrahibilis per differentias essentiales: ergo mediate, vel in quantum est species: & hoc est contra Porphyrium: ut patet, ergo, &c.

Secundo probatur ratione: quo tuncque individualis inter illud: & genus, mediat aliqua spe

ciec infinita: ut inter animal, & hoc animal: inter viens, & hoc viens: ergo nullum datur individualis, quod immediate gene subiectatur, & de quo genus immediate probatur: antecedens probatur: differentia individualis non potest immediate contrahere genus, nisi media aliqua spe cie infinita: ut directa individualis Petri nullum patet contrahere gradus animalis, nisi media natura, & differentia specifica. nec natura genericæ est cœpax proxime, ut fiat hoc individualis, donec intelligatur contractum ad aliquam speciem: ergo incertus quodcumque individualis, & genus, mediat aliqua species: antecedens probatur: non minus est ordo essentialis inter differentiam genericam, specificam, & individualis, quam inter differentias superiores essentiales magis, & minus vniuersales, usq[ue] ad specificam: sed corpus, v. g. non potest contraheri per differentiam animalis: quin prius contrahatur per differentiam viuentis: neque viens per differentiam rationalis: quia contrahatur per differentiam animalis: ergo neque animal est aptum contraheri per differentiam individualis, & ultimam realitatem, nisi prius contrahatur per rationalitatem: ergo inter quodcumque individualis necessario mediat aliqua natura ex differentia specifica constituta.

Confirmatur ex nostro Doctori: de intrinseca ratione differentia individualis est, quod sit ultima realitas supponens naturam specificam constitutam in omni suo esse essentiali: ideo enim materialis dicitur, (ait Doctor) ergo presupponit omnem gradum superiorem actuatum per differentiam specificam: ergo omnis gradus superior respicit quodcumque individualis, media natura specifica, ad quam immediatus descendit ergo, &c.

Tandem probatur: secundum nostrum Doctorem, ratio superior, quatenus est prior natura liter inferiori, non est singularis: ergo pro illo priori, animal, v. g. non est prius natura hoc, & determinatum individualis quæ sit constitutum per differentiam specificam: Antecedens patet: quia secundum Doctoris in 2. dist. 3. q. 1. ratio superior, in quantum est prior naturaliter, est indifferens ad vnitatem singularem: ergo, ut sic, non habet vnitatem singularitatis: atque adeo animal non est prius natura singulare, quam contrahatur ad esse specificum: & tandem ad esse singulare, quod, ex ipso Doctori est ultima realitas rei.

Quarto, in favorem huius sententiae sic argumentorum quia in uno individuo essent plura individua: quod videtur absurdum: tum etiam: quia vel hic homo, & hoc animal, sunt idem realiter; vel non: si primum: ergo sicut hic homo immediate subiectur homini in communione: etiam & hoc animal subiectetur: si secundum: ergo hic homo est animalis: patet: nam semel est animal: prout est hic homo: cum animal sit de intrinseca hominis qualitate: & etiam est animal: prout est hoc animal: ergo his est animal, quod est ridiculum.

Secunda sententia est Doctoris 7. Metaphysic. quæst. 13. §. intelligendum, quod vniuersa-

Secundum

1. Not.

versalia & in quarto distinct. 8. quæst. 2. lit. O. & omnium suorum interpretum ibidem, quos sequuntur Albertus, Caet. & Versorius cap. de specie, Sanchez lib. 3. quæst. 16. Rubius cap. de specie, quæst. 5. Ona, quæst. 1. de genere Articulo 4. & alij multi recentiores: pro qua notandum primo, quod Hæccitas, quæ in Schola Doctoris, est indeterminationis principium, est entitas positiva ab entitate, quam individualis, determinans, & in eodem Prædicamento collocata: itaque supponit entitatem realem naturæ, quam individualis, habentem existentiam communem, & unitatem formalem in illo priori, quo ipsi Hæccitas determinare intelligitur: postquam autem ipsa determinatur, resultat, ratione ipsius, existentia, & unitas numerica, quibus natura, & nominativus tamén, existens singulariter, & vna numero appellatur, & de hac Hæccitate supposita in doctrina Doctoris, cum Valera controverimus; an individualis determinata quæcumque gradum genericum, an solum media: nempe mediante Hæccitate, qua individualis entis: & ad hoc persuadendum asserta verba prædicta: ergo pronomen, hoc, non vague, sed determinate demonstrat tale individualis entis: licet indeterminate tale individualis resipicit aliqui in speciem: hoc enim non intendit Doctor. siue enim indeterminate tale individualis sit huius, vel illius, speciei; determinate tamen est individualis entis: & licet priori modo cognoscatur cognitione confusa: secundo tamen modo distincte cognoscitur.

Secundo notandum: quod sicut Hæccitas individualis specifici (vt iā supra quæst. 1. vniuers. art. 3. conclusio, vniuersaliter, diximus) sumitur à tota entitate naturæ specificæ, quæ determinatur, & singularizatur; ita Hæccitas individualis generi sumitur à toto gradu generico, qui individualis: v. g. Hæccitas, quæ hoc animal est individualis animalis, sumitur à toto gradu animalis, vt est viens sensibile. Nec obstat Doctor, cum in secundo, distinct. 3. quæst. 6. lit. G. sic ait ista: sive differentia individualis, nunquam sumitur à forma addita, sed præcise ab ultima realitate formæ: nam his verbis non vult Hæccitatem sumi à forma solum, ita ut pars materialis excludatur: vt vult patet Fabius supra citatus: sed tantum vult alicare discrimen inter differentiam specificam, & individualis, videlicet, quod illa aliquando sumitur à forma addita generi; ista vero nunquam sumitur ab aliqua forma, quæ natura specificæ addatur: & ita præcise, quod rationem individualis, & distincti numerice, tenentem se ex parte formæ, sumitur ab ultima realitate ipsius formæ, quæ species constituitur, & non ab ultima realitate alterius formæ additæ specificitatemque præcise, non excludit partem materialis à ratione principi, à quo Hæccitas pullulet; sed excludit aliam formam naturæ specificæ superadditam.

Dicendum: quilibet gradus genericus habet à parte rei propria individualia sibi immediata, quæ inter se eundem ordinem, quem ipsi gradus inter se, seruant. Hæc est nostri Doctoris, & omnium suorum locis citatis: quidquid noster nouus Scotizans Peruanius reclamat: contra quem, rationibus ad Scotiam factis, probatur primo, auctoritate Doctoris in quarto, distinct. 8. quæst. 2. lit. O. sic dicenti: Nona conclusio est: quod in singularibus est ordo secundum ordinem vniuersalium: prius enim quodcumque vniuersale potest intelligi descendere in proprium singulare, quæm contrahatur per differentiam

ad aliquid inferius, tanquam ad speciem: vt sic habeamus ordinem illorum singularium: hoc ens: hæc substantia: hoc corpus: & sic deinceps visque ad Sortem: ergo conclusio nostra est expressa sententia Doctoris.

Kespontet Valera: quod hoc animal; & hoc viens, possunt dupliciter sumi: vel vage, & indeterminate: secundo determinate, & distincte: primo modo sumptum non dicit determinate aliquam speciem: sed vage, & indeterminate: quando ergo ait noster Doctor (inquit) posse intelligi vniuersale posse descendere in proprium singulare; quæm contrahatur per differentiam aliquam ad aliquid inferius, loquitur de cognitione confusa respectu differentiæ determinatae.

Sed quis non videt responsionem hanc, Doctoris mentem, & litteram extorquere? Doctor enim intendit determinare, quid determinaret pronomen, hoc, in hac oratione: hoc est corpus meum: & concludit demonstrare individualis entis: & ad hoc persuadendum asserta verba prædicta: ergo pronomen, hoc, non vague, sed determinate demonstrat tale individualis entis: licet indeterminate tale individualis resipicit aliqui in speciem: hoc enim non intendit Doctor. siue enim indeterminate tale individualis sit huius, vel illius, speciei; determinate tamen est individualis entis: & licet priori modo cognoscatur cognitione confusa: secundo tamen modo distincte cognoscitur.

Secundo probatur conclusio: secundum Doctoris, quilibet gradus communis habet à parte rei entitatem, & unitatem formalem sibi propriam: ergo & Hæccitatem: patet consequentia: quia Hæccitas est entitas positiva naturæliter ab eodem principio, à quo vniuersaliter dimanans: ergo, &c.

Tertio Petrus, & est hoc animal, & hoc corpus, & hæc substantia, ac hoc ens: sed perteatis, quæ dicitur hæc homo, non potest intrinsecè, & immediate, esse ratio, quæ dicatur hoc animal, hoc corpus, &c. Ergo immediate dicitur hoc animal, per Hæccitatem immediate animal in communione ad esse huius animalis contrahentes: probo minorem: tum quia animal respectu Petri est genus: & respectu huius animalis est species: sed animal, vt genus: & vt species, non potest per eandem formaliter singularitatem determinari, nec immediate: ergo per diuersam: ergo intentum. Tum etiam quia Petrus, quatenus in dividuum, dicitur hic homo sed, vt sic, constat. Metaphysic loco: ex hoc animali, & hoc rationali, sicut Physic constat ex hac materia, & ex hac formâ: ergo, sicut materia, & forma, dicuntur singularib[us] ex se ante Hæccitatem totius, Hæccitatis sibi proprijs, & immediatis: sic hoc animal erit immediate singulare singularitate propria, antequam sit hic homo, & in dividuum per se species, & in recta prædicamentali linea collocatum.

Quarto ex secundo de generatione animalium c. p. 3. homo prius tempore, aut natura, vivit vita plantæ, (id est vita vegetativa) deinde

vita animalis (scilicet sensitiva) tandem vita hominis: sed in illo priori, quo vivit vita plantæ, seu animalis, non productur planta, seu animal in communi: ergo in singulari: quia actiones sunt circa singularia: tunc sic: sed in illo tunc, hoc viuens & hoc animal, non sunt sub aliqua specie animalia; cum talis non intelligatur producta: ergo immediate sunt sub genere viventis, & animalis.

Respondet predictus Author: quod Embrio prius informatur anima vegetativa; deinde anima sensitiva: & ultimo anima rationalis: & sic semper est Embrio in aliqua determinata specie, sicut imperfecta: quia tales formæ, cum non sint animæ in communi, sunt determinatae, & infra species.

Secundo respondeat sensus authoritatis esse de prioritate, quam inter se habent predicationes superiora, qua prioritas naturæ, non est, in qua unum prius in re existit: sed qua superiori, ad inferius, non valeret subordinatio consequentia. Haec sunt solutiones huius Authoris ad propositum spectantes: nam prima, quam adhibet, iam supra quest. 4. de genere, conclus. 2. impugnata manet.

Sed contra: quia solutiones istæ se ipsas determinantur: de prima patet: nam Embrio, ut recipit esse vegetativum; & in esse viuentis singularis constituitur; hoc viuenitque appellatur; si in aliquam speciem determinata collocatur: vel talis species est animalia, seu inimica; vel non: si primum: implicatum quia talis species dicitur ab eo imperfecta, & contrahibilis; quod cum specie animalia stare non potest. Tum etiam, quia licet sit species animalia, non est illa, de qua loquimur: nos enim loquimur de specie animalia addente generi differentiam aliquam esentialem, & extra ipsum genus: quare quāvis animal, respondeat huius, & illius animalis, sit species animalia: quod libenter faciemur: non tamen est, sicut homo, respectu Petri, de qua Articulus intendit: & ita talis species animalia ab isto Doctori assignata non est ad rem; & implicata ab illo ita appellari. Si autem talis species non sit animalia: ut reuera ipse facitur, habemus in entium: nam talis solum immediate respicit sua individua; ut animal hoc animal: & illud; & ut sic, dicitur species infinita; & mediate respicit Petrum, & Ioannem, & ut sic, dicitur genus: nam medianæ hominem, respicit illos: & in hoc sensu difficultatem disputamus.

Secunda etiam solutio (etiam si vera sit ad aliud propositum) non tamen ad præfens, nec ad intentum argumenti: nam homo, ut vivit vegetativus, non solum vivit tali vita in communi, sed in singulari: v.g. si (ut opinatus est Ochamius noster) in homine vegetativa, sensitiva, & rationalis, realiter distingueatur, & homine viuente iam esse vegetativus; natura ultra ad esse sensitivum, per Dei potentiam non progrediatur: tunc tale viuens sit quid singulare: ergo similiter nunc, etiam si anima rationalis det simul hoc triplices esse: primum esse viuentis erit singulare; ac per consequens nunc de facto, & in casu argumenti solutio (etiam si de predica-

tis superioribus, ad aliud propositum intelligi valeat) non valeret: & per hoc patet quomodo impugnanda sint aliae solutiones aliorum argumentorum, quæ ipse pro nobis facit; & solvit.

Ad argumenta: ad primum & ad probacionem ultime minoris dico, quod substantia praedicatur de hac substantia, tanquam species: nec hoc est contra Porphyrium dicentem: genus generalissimum taliter esse genus, quod non possit esse species: nam loquitur de genere generalissimo, & de specie, prout in recta serie praedicamentali ordinantur, & ut sic, generalissimum non potest esse species: quia tunc necessario includeret genus: & ita non esset generalissimum: non vero loquitur de generalissimo specificatiue sumpto, & extra seriem praedicamentalem, consideratum: nam, ut sic propria habet individua, & species denominari potest.

Ad secundum, nego antecedens: ad probacionem distinguo antecedens: differentia individualis completa, & ultima, qua constituitur individuum per se praedicamentale, concedo, quod media species denominat genus suum singularis: differentia individualis incompleta, de qua loquimur, nego antecedens; quod media species contrahatur gradum communem, quem singularizat: nam inter talem, & suum gradum, nec mediat species, nec requiritur, ut ipsa illum individuat.

Ad confirmationem patet per idem: loquitur enim de singularitate completa; quam, verum est, omnem gradum superiorem, media species, respiceret: non vero loquitur de singularitate incompleta, & immediata cuilibet gradu, & per hoc ad tertium, ac etiam ad locum citatum quest. 8. de genere: nam ibi solutione ad primum expresse loquitur Doctor de genere in ordine ad individua speciei; non vero in ordine ad propria individua.

Ad quartum, & ad primum partem dicor: nullum esse inconveniens, plura individua incomplete, & formaliter solum distincta, in uno individuo completo reperi: imo, & si realiter distinguantur; dummodo partialia sint ut patet in hac materia, & hac forma unum numero physicum componentibus.

Ad secundam partem dicendum, quod sunt idem realiter, distincta vero formaliter: ex qua distinctione, non licet inferre huic hominem esse animal bis: nam hic homo iam concipitur, ut individuum totale: & ut sic, ex individuis partialibus constitutum: ut entitas animalis sit entitas huius animalis, & entitas huius animalis sit entitas huius hominis: quare hic homo, & habet entitatem huius animalis, & entitatem

animæ, quæ cum sit una, & ea- dem entitas; ideo non sequitur inconveniens.

Ad primū.

Ad secun- dum.

Ad tertium.

Ad quarto-

rum.

Tex. com.

11.

QVÆ-

QVÆST. II.

Vtrum ista sit vera: plures homines sunt unus homo?

Participatione enim speciei, plures homines sunt unus homo. Cap. eod.



VÆRITVR, de veritate istius: plures homines sunt unus homo: quod sit vera videtur: quia sequitur: participatione speciei, plures homines sunt unus homo: ergo plures, &c. Antecedens est verum per Porphyrium: ergo & consequens: probatio consequitur: quia nihil diminuitur ab alio; nisi ponatur ex parte eiusdem extremi: sed participatione speciei ponitur in antecedente à parte subiecti: & unus non: ergo unus non diminuitur in antecedente.

Item, quando aliquid se habet ad aliqua simpliciter, & secundum quid: si addatur sibi aliquid determinans secundum quid, stat tantum pro illo: sed ly unus se habet ad unum numero simpliciter; & ad unum specie, secundum quid: ergo cum sibi addatur in proposito nomen speciei, scilicet homo, statum habet hic pro unitate speciei: & sic est vera propositio: ergo simpliciter est vera.

Item, secundum Arist. 5. Metaph. vniuersaliter secundum quod aliqua habent in aliquo in divisionem; sic sunt unum in illo: plures homines in homine habent in divisionem: quia forma hominis vniuoce inest eis: ergo sunt unus homo.

Item, vterque istorum est unus homo: ergo plures homines sunt unus homo: antecedens est verum: quia vterque istorum est singularis: probatio consequitur: quia oppositum consequentis, scilicet, tantum unus homo est unus homo; non stat cum antecedente: scilicet, vterque istorum est unus homo: quia ibi attribuitur unus homo subiecto ad minus pro duobus.

Ad oppositum: si plures homines sunt unus homo: ergo per coherensionem sequitur: unus homo est plures homines: consequens est falsum: quia sua contradictionia est vera: scilicet, nullus homo est plures homines.

Itē, in subiecto, & praedicato accipiatur idem sub oppositis modis, qui non sunt separabiles à significato, secundum quod significatur per istas dictiones: ideo propositio falsa.

Ad questionem dicendum: quod unus potest accipi categorematico: & sic significat differentiam entis: & sic de eo loquitur Arist. 5. & 4. Metaph. & tunc diuiditur ab Aristotele ibidem 5. Metaph. in multis modos. Ultimo autem in cap. de uno ponuntur quatuor modi, ad quos omnes praecedentes reducuntur: scilicet, unum numero: unum specie: unum genere: & unum proportionem. Si unum categorematicum se habet æquiuoce ad hæc quatuor: tunc sumpto uno sic, adhuc diliguenda est propositio penes æquiuocationem unius categorematici: & pro tribus sensibus est vera: sed pro quarto est falsa, scilicet, pro uno numero.

Si autem; sicut forte verius est; unum se habet, ad hæc quatuor, ut ad simpliciter, & secundum quid: quod videtur ex dictis Arist. 5. Metaph. vbi dicuntur: quod ad unum numero sequitur unum specie; & vterius genere, & proportionem: & non è conuerso: quasi minor ratio veritatis sit uno specie, quam numero: & genere, quam specie: tunc dicendum est: quod propositio est falsa: ut unum est categorematicum: quia cum hæc nihil sibi additur contrahens ad unitatem secundum quid, stat tantum pro uno numero, quod est unitus simpliciter.

Aliter sumitur unum; ut est syncategorematicum: & sic dicit modum intelligendi terminum pro supposito determinato, indeterminate tamen: & homo sic sumptus pro supposito non inest subiecto: ideo sic propositio est falsa: nihil enim est in subiecto, virtute cuius posset unus homo confundi, & accipi pro diuersis: quia compositione non confundit: quia tunc haec esset vera in sensu composito: duo, & duo, sunt duo: quod falsum est: in illo enim sensu, est haec vera: duo, &

Tex. com 3.
8. & idem
tex. com.
12.

Tex. com.
12.

N 4 duo